

Pantaleoni Candido Salutem D. Pareus.

255  
Le No 1594.

\*\* Apologia septuaginta τῶ ἐκχριστικῶ à nostris olim con-  
structi, nuper autem à quodam Thrasone, ampullis aflatu, potius  
quam armis attentati mihi inter labores multo magis necessarios  
à superioribus injuncta, maxima ex parte jam confecta est. Non  
tamen nunc prodibit, sed alteris nundinis, ob multas causas.  
Quanto est minus otii, et minus video veritatem ferri, tanto  
magis ab hoc scriptorum genere abhorreo. Potest n. tempus et  
opera multo locari utilius. Et tamen aliquid infirmis, ne tur-  
bentur: aliquid superbis, ne glorientur, videtur dandum.

Davidis an possit Goliathy verberare vincit,  
Dante Deo cernes, impare Marte licet.

utinam tandem soli oppetere perverfissimum hoc seculum desiste-  
ret! Quid boni speras ex dista Latisbonensi? Alii Ecclesis no-  
stris cruce ibi figunt: alii propter perturbatissima plura alia  
quæ in tractationem venient, securas esse jubent. Sed enim ille  
Sapientissimus et optimus omnium moderator et custos Israël  
non dormitabit, modo precibus assiduis excitatum defatigemus.  
Scin' cadmeorum fratrum certamina Wittenberga? Petas scho-  
lasticorum, ut ajunt, tota nunc ibi est factio, ut illi Huberiani  
isti Hunniani appellentur: et Huber ipse suspensus docendi nu-  
mere. Certè hoc dei est manus, qui Midianitarum arma in  
ipso convertit, et videbimus paulo post veritatis propositis  
victoriam, vel certè horribilem noctem in Germania. Quid  
enim ille furra aliud quam Paganismum pruit? Nam Pela-  
gianismus ei lusus est. Et illum tamen sceleratè nobis im-  
putare non veretur. \*\* Vale Heidelberg 8 Febr: 1594.

Eidem D. Candido D. Pareus Salutem.

256

\*\* Apologia Germanica septuaginta τῶ ἐκχριστικῶ magna  
quidem parte perfecta à me, fuit ante Pascha: sed interim ita  
distractor occupationibus aliis, ut ad scripturam redire nondum  
huerit. Apologiam Calvinii adversus Hunnium adornaveram